

contra, latissime, cum omnino videas per triginta columnas, & Carranza de partu legitimo, & naturali, cap. 1. section. 2. num. 42. & vide conclusionem 36. & sequentibus, post opera Roderici Suarez.

18 Ad num. 17. ibi: Item postremâ & finaliter addo, &c.

Reum hujus criminis amittere statim bonorum administrationem, & jure Regio, etiam dominium ipso jure, resolvit Gomezius in presentia, & quod attinet ad administrationem ita probant Gigas de crimine lesa Majestatis, libro 2. rubric. De penis committentium crimen lesa Majestatis, quest. 23. Bossius in titulo. De crimine lesa Majestatis, num. 63. Clarus in §. lesa Majestatis, numer. 9. Gratianus disceptationum, cap. 54. ubi alia plura ex num. 13. & etiam agit qui dicantur rebelles. Decianus l. 7. cap. 40. num. 39. ubi quod etiam amittit administrationem bonorum extranei (si quam habebat, & plures referens Farinacius in praxi, quest. 116. n. 57. & 67. & in tractatu de heresi, questione 190. ex num. 68. ubi etiam agit, quid in dominio, & an eo privetur ipso jure committens hoc crimen? de quo vide etiam Gutierrez l. 2. Canoniarum, cap. 5. num. 74. & seqq.

CAPUT III.

De Homicidio.

SUMMARI A.

- 1 Pena homicidii regulariter est pena mortis.
- 2 Illustres persona, & postea in dignitate qualiter puniantur?
- 3 Pena parricidii qua sit, & quando habeat locum?
- 4 Sciens delictum esse committendum contra alium, si non revelaverit, an teneatur?
- 5 Proditor quis dicatur, & qualiter puniatur?
- 6 Socius proditoris, an teneatur eadem penâ?
- 7 Occidens alium cum veneno qualiter puniatur?
- 8 Qualiter constare possit, quem esse occisum veneno?
- 9 Res venenosa an licite vendi possint?
- 10 Assassinus quis dicatur, & qualiter puniatur?
- 11 Qui prestavit alteri pecunias, ut aliquem occidat, qualiter puniatur meritis non secutâ?
- 12 Diffidator, qui alium interfecit, qualiter teneatur?
- 13 Ille, qui mortem sibi intulerit, qualiter puniatur?
- 14 Ille qui seipsum percusserit, licet mors non sequatur, qualiter puniatur?
- 15 Occidens alium sine dolo, an puniatur penâ ordinariâ?
- 16 Casus, in quibus punitur quis penâ mortis licet non deliquit dolo?
- 17 Dolus an in dubio presumatur in homicidio?
- 18 Intellectus verus ad textum in cap. finali, de homicidio, lib. 6.
- 19 Si infans reperitur in lecto nutriti mortuus, an presumatur dolus, vel culpa in ea?
- 20 Occidens alium ad suam defensionem, an excusetur ab omni culpa & penâ?
- 21 Occidens alium pro defensione alterius, an sit

- 22 Aggressor an debeat expectare, donec percutiatur a suo aggressore?
- 23 Aggressor si potuit evadere injuriam, vel offensam fugiendo, an teneatur fugere?
- 24 Aggressor, qui excessu modum defensionis, qualiter puniatur?
- 25 Si duo inter se contendunt, & unus evasit, & alter decessit, quis eorum presumatur aggressor?
- 26 Si reus confiteatur hominem occidisse, sed ad suam defensionem, an possit condemnari?
- 27 Si reus velit probare occidisse ad suam defensionem, que probatio sufficiat?
- 28 Mortuo offenso propter culpam adhibitam in cura, an offensor teneatur penâ mortis?
- 29 Si constare non possit mortem ex vulnere illato processisse quid sit presumendum in dubio?
- 30 Affectus quomodo, & quando puniatur sine effectu secuto?
- 31 Quando quis in gravius est vulneratus, quod speratur mori, an statim possit accusari de homicidio?
- 32 Occidens posthumum an teneatur, ac si sanatum occidisset?
- 33 Si quis dedit alicui pecuniam amatorium, & recipiens moriatur, qualiter sit puniendus?
- 34 Si quis occidat Titium, credens esse Seium, an teneatur penâ mortis ordinariâ?
- 35 Si quis velit occidere Titium, quem bene cognovit, casu tamen occidit Seium mediatorem, an teneatur penâ mortis?
- 36 Si plures occiderunt aliquem, an omnes teneantur penâ mortis?
- 37 Homicida ultra penam corporalem, an teneatur etiam civiliter ad interesse?
- 38 Si occisus erat officialis, an teneatur homicida ad operam ejus, & qualiter assimetur?
- 39 Si quis mandavit delictum committi, mandans & mandatarius qualiter puniantur?
- 40 Mandans si revocaverit mandatum, an excusetur?
- 41 Si quis mandavit delictum fieri, & non sequatur, an teneatur aliqua penâ?
- 42 Mandatarius quando possit excusari, ut non teneatur ex mandato?
- 43 Qui tantum persuasit delictum committi, an teneatur ac si mandasset?
- 44 Persuasor, si revocaverit consilium, an excusetur?
- 45 Mandatum an possit fieri tacite, & per conjecturas?
- 46 Si inimicus alterius loquatur cum aliquo tertio ad aures secretæ, & postea sequatur delictum, an presumatur mandatum?
- 47 Si conjunctus, vel consanguineus offensus occidat offensorem, an teneatur offensus?
- 48 Ille qui prestavit opem vel auxilium ante delictum, qualiter teneatur?
- 49 Qui prestavit opem vel auxilium in ipso delicto qualiter teneatur?
- 50 Qui prestavit opem, vel auxilium post delictum commissum, qualiter puniatur?
- 51 Homicida an possit succedere in bonis occisi ex testamento vel ab intestato?
- 52 Homicida, an possit succedere ei qui occiso successerat?
- 53 Hæres, an teneatur vendicare mortem defuncti?

- 54 Offensus, an possit ante mortem delictum remittere, & pacem & concordiam facere?
- 55 Lex 22. tit. 1. 7. partitæ, valeat utilis, & necessaria qualiter intelligatur?
- 56 Prædicta lex partit. non habet locum, quando accusatores sunt exirani?
- 57 Prædicta etiam lex partit. non habet locum, quando delictum non committitur in rem, sed in personam?
- 58 An prædicta l. partit. habeat locum, quando delictum sit proditoricè, vel cum qualitate, que aggravat?
- 59 An prædicta lex partitæ procedat, & habeat locum, quando quis aliud simile delictum fecerit?
- 60 An requiratur, quod omnes consanguinei occisi delictum remittant, vel sufficiant aliqui eorum?
- 61 Hæres occisi, an possit remittere delictum, & facere pacem & concordiam cum homicida?
- 62 Si plures sunt hæreses occisi, an requiratur omnium remissio, vel sufficiat a majori parte?
- 63 Si concurreant hæreses extranei occisi, & interfecti ex una parte, & consanguines ex alia, qui præstantur?
- 64 Si inter consanguineos reperitur femina, an possit remittere & facere pacem?
- 65 Si filius, vel hæres defuncti sit minor, an possit remittere & facere pacem & concordiam?
- 66 Si ante mortem sit facta pax & concordia cum ipso offenso, & postea sequatur mors, an ad eam extendatur?
- 67 Infra quod tempus debeat fieri prædicta pax, & concordia?
- 68 Si contra ream est lata sententia, & ab ea sit appellatum, an valeat remissio, & concordia?

tus in l. 1. ff. ad l. Pomp. de parric. textus in leg. penult. Cod. ad l. Corn. de sicar. textus in c. omnis autem lex, 3. dist. ibi qui eadem fecerit, capite puniatur, & utrobique communiiter Doctores, & idem disponit l. 1. & per tot. tit. de loca homicidii, l. 8. ordin. & confirmavit auctoritate Salvatoris nostri dicentis Petro, Mitte gladium tuum, &c. Quia, qui gladio occidit, gladio peribit, quod extendit etiam si monstruosum hominem occiderit, qui careat brachio, manu, pede, vel aliquo membro: quia tota virtus, essentia, & substantia hominis dependet ab anima & spiritu, ita singulariter tenet Baldus in l. quod dicitur, ff. de l. & posth.

Amplia.

Adde tamen, quod illustres personæ & postea in dignitate non puniuntur penâ mortis pro isto delicto homicidii, sed leviori penâ, & sic deputationis, ut expressè probant prædicta jura, licet Angel. & Hyppolde Marsil. in d. l. 3. §. leg. Corn. & ff. ad l. Corn. de sicar. dicant, quod hodie illud non servatur, imò quod indistinctè omnis homicida, modò sit persona illustis, & postea in dignitate, modò sit vilis & plebeia, tenetur penâ mortis. Sed certè salva eorum pace prædicta jura expressè disponunt contrarium, & istud necessariò debet servari, nisi consuetudo contrariâ expressè & juridicè probetur, & in terminis ita probat & disponit hodie l. penult. tit. 8. par. ubi dicitur, quod illustres pro isto delicto deportentur, alter verò moriatur. Adde tamen, quod tales illustres personæ non debent condemnari aliquâ penâ, nisi consulto Principe, textus in l. penult. ff. ad leg. Corn. de sicar. ibi, ut & consulto prins Principe & subente id fiat, & ibi Bart. & communiter Doctores: textus in l. fin. c. ubi seniores vel clarissimi, & ibi Paulus Salicetus & communiter Doctores: præterquam si illustres committeret delictum contra alium pariter illustrem, quia tunc potest condemnari à jure ordinario. Item adde, quod tales illustres personæ, quando accusantur de delicto, debent detineri in carceribus, in loco honesto & separato secundum qualitatem personæ, textus est notabilis in d. l. fin. ubi senator, vel clariss. textus in l. §. utrores, ff. de suspens. tit. ibi, ceterum eos, qui sunt in aliqua dignitate positi, non opinor vinculis publicis contineri oportere, & quando eorum causa agitur, debent sedere cum jure ipso, ut in d. l. fin. vrs. se audias, & ibi Paul. de Castro, & alii Doctores, & ita semper vidi de facto servari in cancellaria regia: nam quando causa illustrium personarum agitabatur, sedebant cum auditoribus regalibus, quod non fiebat cum aliis.

Illustres personæ an puniantur penâ mortis.

Crimen homicidii quid sit?

ALIUD est crimen publicum homicidii, quando quis dolo interficit alium quod quidem delictum gravissimum est, & ex malitia hominum quotidie nostris temporibus frequentatur, unde tam ex natura, & qualitate ejus, quam ex assidua frequentia dignum punitione, maxime cum sit expressè contra præceptum divinum, Non occides, & sanguis occisorum semper clamat ad Deum, ut scribitur in Apocalypsi: Ecce post hæc vidi animas interfectorum clamantes ad Deum, & dicentes: Usque quo Domine nos has judicatum, & vendi ut sanguinem nostrum de interfectoribus nostris qui sunt in terris? In quo resolutivè dico, quod homicidâ debet puniri penâ mortis: ita probat textus formalis, & expressus in l. 3. §. legis Cornel. ff. ad legem Cornel. de sicar. Cujus verba sunt: Sed solent hodie capite puniri, nisi honestiori loco positi fuerint, ut penam legis sustineant: humiles enim solent, vel bestis subici: altiores verò deportantur in insulam: ergo cum textus dicat bestis subici, sequitur quod regulariter imponitur pena mortis, & ibi tenet Rayn. Angel. communiter Doctores, textus in l. penultim. cod. titul. textus in l. quoniam multa facinora, C. ad l. Julianam, de raptu, textus in l. 3. Cod. de Episc. audien. textus in l. si quis aliquis, §. qui abortivus, ff. de pen. textus in item l. Cornelias, Instit. de public. jud. ibi, homicidat, ultore ferro prosequitur; textus expressior ceteris in l. unica, vrs. & merito, C. de raptu virginum: Cujus verba sunt: Et merito mortis damnatur supplicio, cum ab homicidii crimine hujusmodi raptoris sui vacui tex-

Pena homicidii quando aggravatur. Casus.

Pena homicidii.

tus est in l. 2. Cod. de parricid. qui filios distraxerunt: poena vero istud delictum, & poena, & qualitas ejus extensa fuit etiam contra parentes, vel ascendentes occidentes liberos, & descendentes, textus est in l. unica, Cod. de his qui parentes vel liberos occiderunt. rectus in §. alia deinde lex, Institu. de publicis judic. & utrobique Glossa ordinata & communiter Doctores, & idem disponit lex 12. tit. 8. 7. part. & magis specificè ita tenet & declarat Alberic. in l. 1. ff. ad legem Pompe. de parricid. & Salicetus in l. unica, Cod. de his qui parent. vel lib. occid. & licet nulla prædictarum legum dicat, & exprimat gradum, ad quem istud delictum extendatur, tamen Glossa ordinata & communiter Doctores tenent, quod extendatur ad omnes ascendentes vel descendentes in infinitum, ita tenet: Gloss ordinata in l. ff. ad leg. Pompe. de parr. & ibi communis opinio, Glosseriam ordinata in §. alia deinde lex, Institu. de publ. jud. & ibi communis opinio confirmari potest, quia in jure, vel materia reverentia dispositum in parte, vel matre, extenditur ad omnes alios ascendentes in infinitum: & similiter quando dispositio respicit jus naturæ ita præbat textus in l. 4. §. p. ren. ff. de in jus vocando, & ibi Glossa ordinata & communiter Doctores. Item etiam istud delictum, poena, & qualitas ejus habet locum, & competit contra occidentem fratrem, sororem, vel transversalem usque ad quartum gradum, textus est notabilis in d. l. 1. ff. ad leg. Pompe. de parricid. & ibi Glossa ordinata & communiter Doctores tenent & declarat Faber melius quàm alibi in d. §. alia deinde lex, Institu. de publ. jud. quam omnino vide.

Casus 3. Item etiam istud delictum, poena, & qualitas ejus committitur, & competit contra eum qui occidit uxorem vel contra eam quæ occidit maritum: textus est in d. l. 1. ff. ad leg. Pompe. de parricid. & ibi communiter Doctores; & merito, quia plus est, quàm occidere patrem, vel matrem; vel alios consanguineos, & confirmatur auctoritate divina dicente: Propter hanc relictus homo patrem, & matrem, & adhaerebit uxori suæ: quod multoties nostris temporibus contingit.

Casus 4. Item adde, quod similiter tenetur isto delicto & poenâ ille, qui interfecit locerum, vel soceram, generum, vel nurum, vitricum, vel privignam, patronum, vel patronam, quia loco parentum, vel liberorum habentur, text. est in d. l. 1. ff. ad leg. Pompe. de parr. & d. leg. parr. Finaliter adde, quod istud delictum, & ejus poena habet locum, & competit in filio naturali tantum occidente patrem, vel in patre occidente filium naturalem tantum, quia in materia, in qua consideratur jus naturale sanguinis appellatione parentum, vel filiorum, semper continentur naturales, text. est in l. parentes, ff. de in jus vo. ex quo istam regulam, & doctrinam notat & colligit ibi Paulus de Caltr. post Doctores antiquos, probat etiam expresse textus in lege hoc accusare, §. omnibus, versiculis. Item nec lex Pompeiana, ff. de accusat. textus lege adoptionibus, §. 1. versiculis, unde nec vulgo in quaesiam sitam, & ff. de ritu nuptiarum, & in terminis ita tenet Faber in §. alia deinde lex, Institu. de publ. jud. Quæro tamen, quæ sit poena hujus delicti; & resolutivè dico, quod est gravissima; cui non similis est pro alio delicto in jure nostro: nam talis delinquens, & sic parricida, verberatur & mittitur in calce, vel arca, cum animalibus contrariis, & sibi repugnantibus, hoc est, cum cane, vipera, simia, & gallo gallinæco, & sic intrusus projicitur in mare, vel flumen proxi-

um; & merito tali poena punitur, quia sicut poena parricidæ fecit delictum contra jus naturale, ita mittitur cum dictis animalibus naturaliter sibi contrariis, & invicem repugnantibus, textus in leg. penult. ff. ad leg. Pompe. de parricid. text. in leg. unica, Cod. de his qui parentes, vel liberos occiderunt, text. in §. alia deinde lex, l. ff. de publ. jud. & idem disponit lex 12. tit. 8. 7. part. & dicit solus Cynus in d. l. 1. ff. ad leg. Pompe. de parricid. quod ista animalia inter se valde pugnant, & quando vipera pugnat cum gallo, vel simia, vel cum aliis animalibus, talis vipera intrat corpus delinquentis, & delacerat viscera ejus; & licet Baldus & Salycetus in d. l. 1. ff. ad leg. Pompe. de parricid. dicant quod hodie ista poena non est in usu, tamen in nostro Regno semper est in usu, & practicitur, & ita expresse disponit prædicta lex parricidæ, & sæpe vidi practitari in cancellaria regia, & aliis partibus. Unum tamen est, quod licet secundum depositum prædictorum jurum, talis delinquens debeat vivus mitti, & intrudi in dicto calce, vel arca cum dictis animalibus ad aggravandum poenam ejus, tamen in nostro Regno de consuetudine prius interficitur alio genere poenæ, ut moriatur naturaliter, & postea mittitur corpus ejus, ut sustineat poenam legalem. Item adde, quod his delinquentibus denegatur sepultura in perpetuum, ita probant expresse prædicta jura, & in terminis probat lex unica, in fin. Cod. de his qui parentes, vel liberos occiderunt. Cujus verba sunt: Ut omni elemeno-nim usque vivus careat, & ei colerium superhisi, terra mortuo auferatur. & ad hoc notat & commendat ibi Baldus, & Salycet. & ita fit, & practicitur, quia semper deicitur in mare, vel flumen, ut inde in perpetuum non retrahatur.

Item etiam adde, quod socius in isto crimine etiam extraneus tenetur eadem poenâ, quia ipse principalis parricida, textus est singularis & unicus in l. unum, ff. ad leg. Pompe. de parricid. quem reputat ibi mirabilem & unicum Albert sed similis textus est in §. alia deinde lex, l. ff. de publ. jud. Ex quod dicit ibi notanter Faber, quod si extraneus non subditus commisit crimen prodicionis, vel læsæ majestatis contra regem, vel republicam cum subdito, simili uterque debet puniri & idem disponit prædicta lex part. 12. tit. 8. 7. part.

Item adde, quod filius, vel descendens si sciat delictum committendum contra parentes, vel e contra patens contra filios vel descendentes, & non revelavit nec prohibuit, si potuit, tenetur ex isto delicto, ac si verè fecisset, & committeret, textus est in leg. unum, ff. ad legem Pompeianam de parricid. & ibi communiter Doctores, textus in §. alia deinde lex, Institu. de publ. judic. & ibi communiter Doctores: qui si verò frater, vel alius consanguineus collateralis usque ad quartum gradum, ex sola scientia non tenetur poenâ ordinariâ, sed poenâ exilii; vel simili extraordinariâ, textus est in l. 2. ad legem Pompe. de parricid. & ibi Glossa ordinata & communiter Doctores, & idem disponit lex part. 12. tit. 8. 7. part. in fin.

Et ex his potest inferri, quod idem sit quando quis sciat delictum committendum contra regem vel republicam, & non revelavit, quia committit crimen læsæ majestatis, ac si realiter fecisset, & in terminis ita tenet Bart. in leg. unum, ff. ad legem Pompeianam de parricid. probat etiam textus in l. quisquis, §. id quod, Cod. ad l. Intium majest. textus in l. unica §. cetero autem, Cod.

Cod. de rapta virginum, textus in leg. 1. §. occisurum, ff. ad Syllan. textus in l. si quis forte, ff. de parricid. Quod intellige, quando sciat, & possit probare tale delictum esse per aliquos committendum: secus verò, si ipse sciat secretè, & non possit aliquo modo probare, ita tenet & declarat Hyppolytus in d. l. unum, ff. ad legem Pompeianam de parricid. Sed certè ego indistinctè teneo, quod utroque casu, & semper teneatur revelare, quia fecit quod in se est, & saltem est unus testis legitimus, & semiplena probatio ex qua licitè potest causari captura, & tortura, & diligens inquisitio delicti, & in hoc firmiter refideo. Confirmatur: quia si postea pervenit in notitiam regis, vel republicæ, ergo bene potuit probare: regulariter autem in omnibus aliis delictis, & perionis non tenetur quis ex sola scientia delicti, licet potuit monere, & revelare personam in quam delictum erat committendum: imò, quod magis est licet tempore delicti sit præsens, & possit juvare, & obviare, & non fecit, non tenetur, ita est Glossa singularis in jure, juncto textu in leg. cubo caret, ff. de reg. jur. & ibi communis opinio Doctorum: pro qua facit textus expresse in leg. merum, l. 3. §. sed licet, quo minus causa, ubi habetur, quod bene potest quis recipere pretium pro juvamine, & defensione alterius, ergo si teneretur de jure turpiter recipere, & ibi notat & commendat Bart. Alber & communiter Doctores, & per illum textum ita tenet & commendat Salycet. in l. quisquis, §. id quod, Codic. ad legem Julianam majest. quod tamen limita, & intellige, quando est persona privata, & extranea: secus verò si sit filius, vel servus, vel persona subjecta ei, contra quem delictum erat committendum, quia tunc bene tenetur ex sola scientia delicti, si non monuit, vel revelavit, vel non juvit, & obviavit, quando fuit præsens, ita probat textus formalis, & expresse in l. 1. §. sed in eo, ff. de occisurum, ff. ad Syllaniam, & ibi notat Bartol. & communiter Doctores antiqui, & idem expresse ponit lex fin. tit. 8. 7. part. & adde, quod idem est quando quis committebat delictum, & offendebat aliquem ad vindictam alterius tertii, quia ille tertius, licet sit extranea persona tenetur si non prohibuit, vel revelavit: istud est singulare dictum Fabri, quod alibi non vidi in §. 1. l. furus, ad novat. Item adde, quod prædicta procedunt in foro exteriori & contentioso: secus tamen est in foro conscientie, quia tunc indistinctè tenetur quis, si sciat delictum committendum contra alium, & prohibere & obviare, & non fecit, ita probat textus in cap. sine dignum, de homicidio, & ibi tenent communiter Doctores.

Secundus casus, in quo aggravatur poena homicidii, est, quando quis occidit alium pro licentia, & alevosè: quia erant amici, & inter eos nulla erat causa rixe, vel discordie & unus occidit, vel offendit alium secus, ita probat textus in leg. propter instatit, Cod. qui accusare non possunt, textus in l. 4. ff. ad legem Juliam majest. textus in leg. fin. Cod. de iuribus, & de textu in cap. si capis, 16. quæst. 1. textus in cap. clericus, 45. distict. & utrobique communiter Doctores. Ex quo dicit Boetius, quod nulla efficacior poena est ad nocendum, quàm si niliatis inimicus, & subiecti etiam Lucas de Penna in d. l. 1. §. in Cod. de delatoribus, & quam crudelis, & mortifera sunt jacula proditoris, vix enim erit aut nunquam, qui sibi possit ab ejus ictibus præcavere, & mores ejus sunt signa fidelitatis, & amicitie

ostendere, suavia, & dulcissima verba proferre, exterioremque amicitiam in omnibus actibus significare, & unum in mente gerit, & aliud contrarium verbis, & actibus offndat. Ex quo deducitur & inferitur, quod si invicem erant inimici capitales, licet unus interficiat, vel offendat alium proditoriè & alevosè modis prædictis, non erit proditor, nec incurrit poenam qualificatam, quæ proditoribus imponitur, quia tali casu non gerebat unum in animo, & contrarium in actibus exterioribus, sed semper videtur esse cum animo, & intentione occidendi, vel offendendi eo modo quo possit, & in terminis ita tenet Bartol. in leg. respiciendum, §. delinquant, ff. de parricid. Baldus in cap. prim. quibus modis feudum amittatur, col. Ancharanus in cap. 1. de homicidio, Angel. de Aret. in paragr. interdum, 2. colum. n. 6. Institur, de hered. que ab intestat. deser. idem Angel. in tract. malefic. in parte, fecit insultum, versiculis. & bene nota. Solum ergo habet locum ista qualitas prodicionis, & alevosæ, & aggravatur poena, quando invicem erant amici: cujus ratio vera, & concludens est, quia tollitur offensus illa naturalis defensio, quæ de jure naturali sibi competit, & permittitur, cum non possit sibi præcavere & defendere.

Advertendum tamen quod istud videtur hodie correctum, & immutatum de jure nostro regio: imò, quod ille dicatur proditor, & alevosus, qui interfecit alium secus & non in prælio, vel rixa, sed de retro, non facie ad faciem & non videtur considerari qualitas personarum, amicitie, vel inimicitie, sed tantum qualitas ipsius facti. ita disponit lex 7. tit. 7. lib. 8. ordin. & l. 2. & 13. & 16. tit. 1. lib. 8. ordin. Sed in ea concordia, & doctrina est ista, quod si invicem erant amici, indistinctè offensus videtur committere prodicionem, & alevosiam, quomodo cumque occidat facie ad faciem, vel retro, quia ille non potuit sibi præcavere, sed quando invicem erant inimici de jure communi, nullo modo offensus committebat prodicionem, vel alevosiam, qualitercumque occideret, vel offenderet. Hodie verò de jure nostro regio hoc casu eam committit, quando retro cecidit, vel offendit, non verò facie ad faciem, taliter quod offensus possit se defendere, & præcavere, quod est quotidianum, & valde singulare.

*Et licet aliqui peritissimi literati hujus regni teneant, quod decisio prædictarum legum ordinamenti valde rigorosa: & idè non tenenda est in facti contingencia. dum iste casus accideret in hac civitate Salmanticensi, & ventiletur inter aliquos Doctores hujus universitatis summæ auctoritatis me præsentem: ita teneverunt, & dixerunt vidisse in practica à peritis iudicibus aliquando servari: tunc salva eorum pace, ego firmiter teneo contrarium, imò quod dispositio prædictarum l. debeat servari, quia attenda causa & qualitate prodicionis est justissima & à nostris regibus non cognoscitibus superiorem condita & similiter l. ordinamenti sunt approbata per l. 1. in fi. in l. Tauri. *

Dubium tamen est, qualiter aggravatur poena in hoc delicto, propter qualitatem prodicionis, vel alevosæ, & resolutivè dico quod gravitas consistat in hoc, quod si commissum est homicidium, imponitur delinquenti poena mortis qualificata iudicis arbitrio, & hodie de jure regio qualitas declaratur, ut homicida ducatur per

An quis teneatur de jure alium defendere.

Proditio & alevosus quis.

Dabitur.

per terram, & trahatur ad caudam equi, vel alterius animalis per vias publicas, & postea furcâ suspendatur, ita expressè disponit lex 2.2. titul. 13. libro 8. ordin.

Alia pena homicidii proditorie facti.

Item etiam du jure regio pena aggravatur in hoc quod homicida qui alium interfecit proditorie, & cum alevosia, ultra penam mortis incurrit penam confiscationis medietatis bonorum, ita disponit prædicta l. 7. titul. 7. lib. 8. ordin. & l. 12. 13. eod. lib. & l. 16. titul. fin. libro 8. ordin. Si verò tantum fuit commissâ injuria, proditio, vel alevosia, erit causa aggravandi penam judicis arbitrio: textus in leg. aut facta; eodem titul. textus in leg. prator edixit, §. fin. ff. de injuriis, textus in §. arox, Instit. eodem titul. & hodie in nostro regio gravitas consistit in hoc, quod si ex injuria sequatur aliquod vulnus, licet ex eo non causerit mors, tenebitur ex solo vulnere penâ mortis, ita disponit prædicta lex 2. tit. 13. lib. 3. ordin. Quo casu etiam teneo, quod ista pena mortis sit qualificata, sicut si verè & realiter occidisset, & mortem intulisset, & similiter incurrit penam confiscationis medietatis bonorum, & omnes alias penas quas incurretur, si verè & realiter mortem intulisset; si verò ex injuria non sequatur vulnus, sed alia levior injuria fiat, bene aggravatur pena secundum ejus qualitatem, imponendo aliquam penam corporalem vel exilium maximi, vel modici temporis, vel aliud genus penarum judicis arbitrio, argumento prædictorum jurium: non tamen poterit imponi pena mortis, cum non intervenierit realiter & actualiter aliquod vulnus. Et ex hoc in contingentiâ facti defendi quendam pauperem in hac civitate Salmantina. Item etiam pena hujus delicti aggravatur in hoc, quia propter atrocitatem ejus potest delinquens extrahi de Ecclesia, & non gaudet immunitate ejus, ita probat textus in cap. iner alia, de immunit. Eccles. & ibi Doctores, de quo articulo infra latius, dicam. Item etiam istud delictum & ejus pena aggravatur in hoc, quod à sententiâ condemnatoria ejus non habet locum appellatio: ita disponit l. 16. titul. 23. §. part.

Homicida proditor non gaudet immunitate ecclesiar.

6. Socius & assistens homicidio qualiter puniatur.

Item etiam per jura prædicta quæro de questione, quam habui de facto in persona cujusdam pauperis, si fortè principalis proditor & offensor occidit, vel vulneravit alium, socius, tamen ejus & coadjutor quem secum adduxit, nullum vulnus intulit, sed tantum defendebat & assistebat, ut facilius & securius principalis committeret delictum; an teneatur penâ mortis, quæ datur & imponitur ipsi principali delinquenti proditorie? & videtur quod non, cum lex sit odiosa & penalis, & per consequens restringenda, sed nostra lex regia loquitur, quando ipse proditor occidit, vel offendit & infert vulnus in offensum, sed in casu proposito ille socius hoc non fecit, & sic mortem nec vulnus intulit, ergo non teneatur. Sed his non obstantibus in hac subtili & nova questione ego dico, & distinguo sic, quod si principalis offensor proditorie & cum alevosia intulit mortem, vel vulnus; per quod debet condemnari ad mortem, similiter etiam socius, qui opem & auxilium præstitit, teneatur & debet condemnari eadem penâ, quia ejus favore principalis effectus audacior, & fortè sine eo non committeret, illud delictum, argumento textus in leg. nihil ff. ad leg. Cornel. de sicar. textus in leg. qui opem ff. de furvis, textus quasi formalis & expressus in proposito

in leg. utrum. ff. ad legem Pompeiam de parricid. & utrobique communitur Doctores.

Si verò principalis offensor, qui delictum commisit, non fuit proditor: sed mortem vel vulnus intulit sine proditione & alevosia, talis socius, qui defendebat vel assistebat, licet proditorie & cum alevosia, non tenebitur penâ mortis, sicut ipse principalis non teneatur, quia eadem pena & cum eadem qualitate debet puniri ipse defensor, & coadjutor, quâ ipse principalis, & non majori, argumento prædictorum jurium, quod est novum, & singulare.

* Et adde quod istam casum habui de facto in quodam servo & famula de Donat, Major. de Fonseca, qui dederunt ei venenum in quodam recepto sed non fuit secuta mors, & teneo pro constanti, quod teneatur talis pena mortis etiam qualificata ex sola datione veneni, licet non sit secuta mors, nec aliud damnum, ut expressè dico in isto cap. num. 30.*

Tertius, casus in quo aggravatur pena hujus delicti homicidii, est, quando quis occidit alium cum veneno, textus est capitalis & expressus in l. 1. Codic. de maleficiis & vobis marici; Cujus verba sunt: Plus est hominem extinguere veneno, quam occidere gladio, & ibi Glossa ordinaria, & communitur Doctores; cuius ratio efficax, & concludens est, quia talis homicida, vel delinquens dicitur committere crimen proditionis, & alevosie, & per consequens tollitur ipsi offenso illa naturalis defensio de jure naturali sibi competens. Ergo merito aggravatur delictum, & ejus pena, ita singulariter tenet Jacobus Butrig. in leg. nemo, Cod. de summa Trinitate, & sive Catholica, secunda columna, in medio, & ibi Baldus 2. column. numero quinto, idem Baldus in cap. 1. quibus modis feud. amitt. 4. columna, versicul. quid de rebus, Salycet. in l. 1. Codic. ad legem Corneliam de sicar. secunda columna, in fin. Hippolytus de Marfil. in rubric. ff. ad legem Corneliam de sicar. 1. columna, numero quarto. Platea in §. item lex Cornelia de sicariis, Institut. de publico. judic. Anchar. in cap. 1. de homicidio, Romanus, in l. 1. §. iuxta tamen hoc, ff. ad Syllan. pro quibus facit notabilis textus quem ipsi non allegant in leg. 1. §. occisorum, versicul. quod si quis: ff. ad Syllan. ibi. puta veneno, vel etiam alio, quod clam necare soleat, textus in leg. aut damnum, versicul. proinde, ff. de penis, ubi habetur, quod licet iudex possit propter delictum aliquem condemnare ad penam mortis, non tamen debet eum interficere veneno, ex quo textus dicit in l. 76. de Toro, quod bannitus de quo loquitur illa lex non potest occidi per inimicum veneno; finaliter etiam considero expressam legem paritæ in leg. 16. titul. 23. §. part. quæ expressè disponit, quod ille qui occiderit alium cum veneno, vel proditorie non possit appellare, & sic aperte æquiparatur homicidium factum, & perpetratum cum veneno, & cum proditione, vel alevosia, & sic pariformiter in utroque aggravatur delictum & ejus pena, & per consequens omnia, quæ diximus, & sunt disposita in homicidio, vel delicto facto proditorie & alevosè, habebunt etiam locum in facto & commissio cum veneno; quod perpetuo nota & tenè menti, tanquam necessarium, & quotidianum. Imò quod magis est, in hoc delicto videtur, quod ille qui tantum emerit venenum ad dandum alicui, licet non dederit, teneatur pena mortis; ita probat textus in l. 1. in fin. ff. ad leg. Pompeiam de parricid.

7. Veneno occidens qualiter puniatur.

Homicidium proditorie factum & cum veneno æquiparatur.

Emptoris veneni ad occidendum pena.

Cujus

Cujus verba sunt: Et propterea, qui emi venenum, ut patri da et, quamvis non poterit dare, per quem ita tenet ibi Bart. in fin. & alii Doct. Sed certè ille textus debet intelligi in sola persona filii quando emerit venenum, ut pati daret, propter gravitatem criminis, & maximam reverentiam debitam personæ: idè ad alias non debet extendi, sed tantum judicis arbitrio talis delinquens est puniendus, secundum qualitatem ejus, & alterius qui veniebat offendendus, & in terminis ita tenet Platea in d. §. item lex Cornelia de sicar. vers. eadem lege. l. sit. de pub. jud.

Dubium

Dubium tamen est hoc casu, qualiter probabitur hoc delictum contra reum? In quo breviter dico, quod non potest probari viâ communi ordinariâ, quia alia delicta probantur; unde si testes deponerent se vidisse dare venenum, & quod postea fuit secuta mors, vel ipse reus sponte hoc confiteretur, non propterea censetur legitime probatum delictum, quia depositio, vel confessio videtur superare naturaliter sibi dubia, incerta, & incognita, cum non possint cognoscere, an illud esset venenum, vel non, nec operationem, quam intrinsecè faceret in corpore humano; unde non videtur concludere, quia depositio, vel confessio ad hoc ut probeat, debet esse probabilis, & verisimilis argumento textus in leg. consilium bur. ff. de in eor. act. 0. & in leg. si in cuius nomine, & si ul. fin. eodem i. l. & in leg. inde Neratius, §. si. §. si. ff. ad leg. Aquil. & in l. 1. §. si quis ultro, ff. de quest. & in expresso ita reperio, quod tenet Hippolytus de Marfil. dicens esse perpetuò menti tenendum in l. 1. præterea, penultima l. m. r. 32. ff. ad legem Cornel. de sicar. Unde in hoc casu, ultra prædictam depositionem testium, vel confessionem rei, debet iudex inquirere, & probationem coadjuvare & verificare, faciendo quod medici & chirurgi, & periti in arte deponant, an illud sit venenum, vel non: & an potuit ex eo sequi mors, & probationem sumendo de signis, vel qualitatibus quæ erant in occiso, & venenato post venenum assumptum, infraquod tempus moruus est, & omnia faciat redigi in scriptis, & processu, ut hoc probato possit reum ad mortem condemnare; & ita procedatur, intelligantur, & prædicentur jura superiora, & cum alia evidentior probatio & conjectura non possit isto casu sumi, illa sufficiat, juncto ipso facto, & donatione veneni: & ista est probatio vera & concludens, de jure approbata.

Venditoris veneni pena.

Adde tamen circa prædicta, quod propter evitanda mala, quæ ex his rebus venenosis causantur, volunt & disponunt, quod nullus publicè nec privatim tales res venenosas vendat, aliàs teneatur lege Cornelia; textus est in leg. 3. ff. ad legem Corn. de sicar. versicul. 1. Cujus verba sunt: Eiusdem legis Cornelia pena afficitur, qui in publicè mala medicamenta vendiderit, & ibi communitur Doctores, etiam si non fiat dolosè sed, culpa, vel temeritate, Ex quo inferitur, quod tantum venditor teneatur quando vendidisset homini faruo vel dementi, qui non haberet rectum iudicium ad se gubernandum, vel servo, vel minori, vel meretrici: secus vero si probò, & discreto viro, vel mulieri, quia tunc non teneatur secundum Angel & Hippolytum de Marfil. in d. l. 3. ff. ad legem Corn. de sicar. Ita etiam inferitur, quod pena non erit his modis ordinaria, cum non interveniat dolus, sed longè minor

extraordinaria ratione culpa, etiam si ex tali poculo vel veneno aliqua mors sit secuta, quia ementes illud receperunt, vel aliis dederunt causâ occidendi. Item infero, quod si talis emptor erat servus, qui se interfecit, tenebitur venditor ad solutionem pretii, & estimationis, & ad totale interesse: & jam iste casus contingit de facto, & de eo fui interrogatus, & ita respondi, & consului.

Quartus d casus in quo aggravatur pena est, quando qui occidit alium ad instantiam alterius, corruptus pretio, vel pœcuniis, quo casu dicitur committere crimen assassini, de quo loquitur textus de jure civili in leg. non solum, §. si non datus, versicul. proculius ff. de injur. Cujus verba sunt: Proculius rellè a. i. si in hoc ve cond. xerim, ut injuriam facias, cum utroque vestim injuriam agi posse, & ibi communitur Doctores, textus de jure Canonico in cap. 1. de homicidio, libro sexto, ubi expressè tales delinquentes vocantur assassini, & ibi communitur Doctores; & gravitas consistit in hoc, quod licet, & jultè potest augeri pena, & major imponi, quam ordinaria, ut probat textus singularis in jure in l. Citero, ff. de pen. ubi habetur, quod mulier quæ fecit abortum propter pecunias sibi datas ab aliis hæredibus, & substitutis, teneatur penâ mortis: si verò fecit abortum non pecuniis, sed odio mariti, vel ex alia causa, mitius punitur, & sic tantum pena exilii, & ad illum textum notat & commendat ibi Bartol. ac communitur Doctores, & illum textum ad hoc reputat singularem Felyn. in cap. si aliqui, de h. m. d. o., tenet etiam Bartol. in leg. non solum, §. si vanda off. de injur. 3. colun. n. 14. & ibi Angel. de Perus. prima columna, n. 2. Bald. in leg. on ides minus, Cod. de accusat. 1. col. n. 1. & ibi Salyc. fin. col. in fin. Cynus in l. qui sepulchra, Cod. de sepulchr. viol. & ibi Alberic. Bald. Angel & communitur Doctores, Angel de Perus. in l. 1. fin. ff. de eo per quem factum est, Anchar. in d. cap. 1. de hom. l. 6. 2. colun. n. 3. Angel. de malefic. in parte Sempronium mandatorum, . col. & ibi ejus additionator, & ratio quâ aggravatur pena ultra Doctores, potest esse, quia quando qui præterdit propriam vindictam ex injuria sibi facta, vel ira, vel odio, videtur magis parcendum, quia vix potest quis dolorem proprium temperare, & homo incensus itâ vel propriâ offensa, non dicitur in plenitudine intellectus, sed ille qui fuit corruptus pecuniâ non est propriè inimicus, nec habet excusationem aliquam sui delicti.

Crimen assassini.

Pœna mulieris abortu facientis.

Pœna assassini.

Item etiam dicitur committere delictum proditorie, & cum alevosia, & tollit naturalem defensionem offenso, cum ab eo non possit præcaveri, cum non esset inimicus: ex quo clarè inferitur quod talis assassinus, debet puniri pena illâ, quâ punitur proditor, vel alevosus: & per consequens punietur pena confiscationis medietatis bonorum: item etiam si vulnus sit illatum, licet ex eo non sit secuta mors, punietur penâ mortis.

Item etiam generaliter, & resolutivè talis delinquens assassinus teneatur, & debet puniri eadem penâ quâ punitur proditor & alevosus, de qua supra proximè diximus, argumento textus in l. 7. tit. 7. l. 8. ordin. & leg. 2. §. 3. & 16. tit. fin. eodem l. & l. 2. tit. 13. lib. 8. ordin.

Item adde, quod ille qui dedit pecuniam alteri, ut aliquem occidat, vel offendat, teneatur pena mortis licet effectus non sequatur, argu-

Pœna dantis pecuniam occidendi.

mento textus in leg. is qui cum velo, Cod. a l. 2. Co n. de sicut, & in terminis ita tenet ibi Faber in suo brevuario, sed salva eius pace, ego teneo contrarium, attentâ hodie generali consuetudine, de quo laicus infra dicitur, per quam est derogatum illi legi, & dispositum, quod ex solo animo & intentione occidendi quis non incurrit poenam mortis, si verè & actualiter non occidat, verum tamen est, quod puniretur extra ordinem iudicis arbitrio, propter animum, & intentionem occidendi, vel offendendi, quam habuit, argumento textus in leg. propter insidia, Cod. qui accusar. non poss. & in expresse ita tenet ibi Baldus in sine, & in contingencia facti ita vidi servari, & praticari, & idem tenet Faber sibi contrarius in §. item lex Cornelia, de securis, Institution. de publ. iudic.

* Adde tamen singulariter, quod modò verè & realiter probetur mors vel offensa, & sic quòd quis interfecit vel offendit alium, modò probetur præsumptivè per iudicia, præsumptiones vel conjecturas & allegetur & accusat quòd fecit tanquam assassinus in dubio semper est præsumendum quòd fecit pro se & in vindictam suæ propriæ personæ, & non tanquam assassinus pro alio corruptus pretio, vel pecuniis, si non constet in actis & processu causæ, quòd alter tertius esset inimicus capitalis huius offensi & cõiunctus vel amicus offensoris, quia quando in aliquo facto vel delicto requiritur aliqua qualitas, semper oportet de ea constare, nec sufficit factum vel delictum simpliciter probari, si non probetur illa qualitas, Et adde quòd ad hoc ut talis diffidator teneatur ex diffidatione, oportet quòd assignetur locus & tempus delicti committendi, & ita expresse probat prædicta lex regia hic allegata, & credo quòd non requiratur quòd declaratur genus armorum, cum prædicta lex hoc non requirat. Item etiam teneo quòd non requiratur quòd diffidator acceptet diffidationem, cum dolo & culpa sit in dissidente: item teneo quòd si diffidatus acceptet, quòd non teneatur poena illius, sed extra ordinem iudex officio tanquam provocatus qui excessit modum defensionis *

Quintus casus in quo aggravatur poena huius delicti homicidii, est, quando quis occidit alium præcedente diffidatione, & conventionem factâ inter aliquos, ut in certo loco se in invicem offendant, nam tali casu diffidator, si alium occiderit, gravatur poena, quia ultra poenam ordinariam mortis, confiscantur sibi omnia bona; imò, quod magis est, si tantum offenderit, & vulnus ei intulerit, teneatur eadem poenâ mortis, & confiscationis omnium bonorum. Imò adhuc, quod magis est, ex sola diffidatione licet mors, vulnus, vel rixa non sequatur, teneatur poenâ confiscationis bonorum, licet non poenâ mortis, vel aliâ corporali, ita disponit singularis lex huius regni, final. tit. 1. l. 4. o. d. nam.

* Etiam iste casus mihi contigit in hac civitate in persona cuiusdam pauperis qui fuit diffidatus & acceptavit & antequam pervenirent ad effectum, fuit accusatus diffidatus, dixi quòd nullam merebatur poenam: quia etiam si post diffidationem occidat diffidantem, non teneatur poenâ corporali, sed exilii, ergo ex acceptance, nullo modo teneatur, & ita dixi de facto; adde quòd cum illa lex sit pœnalis, debet intelligi & restringi in casu suo proprio quo loquitur, & requiritur locus determinatus assignatus à diffidatore & tempus; ex quo sequitur, quòd si

Pœna diffidantis aliquidem.

dixeris caveas à me: quia deinceps quocunque loco invenero debeo te interficere, non esse puniendus poenâ illius legis. Item etiam si diffidatus non acceptaret locum certum assignatum à diffidatore, sed ipse diffidator dixisset, in tali loco sum, & habitationem meam habere vel officium gero ibi, respondebo non teneatur poenâ illius l. & contingit mihi de facto in proprio famulo. Item adde, quòd talis diffidator dato quòd non puniatur poenâ illius legis, quia non fuit assignatus locus, vel tempus, nec concurrant requisita illius legis, tamen bene teneretur poenâ extraordinaria & crimine injuriarum propter minas à se factas, *

Item adde, quòd si tali casu diffidatus interficit, vel offendat aggressorem diffidantem, non teneatur poenâ mortis, nec aliâ poenâ corporali, sed tantum teneatur poenâ exilii perpetui, Cuius ratio potest esse, quia videtur esse provocatus, & habuit iustum causam defensionis licet dicatur excedere modum defensionis, cum potuit non consentire in diffidatione, & per consequens non sit vera, & propria defensio, cum moderamine inculpatæ tutelæ, tamen potest responderi, quod mitius debet puniri propter excessum, sed non poenâ ordinariâ, & ista est vera, & mentalis ratio mea ad illam legem.

Item etiam adde quòd mediatores, qui interveniunt in ipsâ diffidatione teneatur poenâ de qua in illa lege, & similiter assistentes, & propiciantes, si non obviaverunt & prohibuerunt eum possent.

Sextus casus in quo aggravatur poena, est quando seipsum interfecerit: pro cuius perfecta declaratione dico, quòd de jure communi, si quis se interfecit tædio vitæ, vel ex impatientia, vel dolore, vel quavis alia causa, non punitur cadaver aliquâ poenâ sensitivâ, vel afflictivâ corporis, cum in eo non possit cadere, licet de corporis, cum in eo non possit cadere, licet de consuetudine contrarium fiat, quia cadaver furcâ suspenditur, ut supra suo loco dixi. Item etiam isto casu non imponitur poena confiscationis bonorum, nec partis eorum, sed habeat heredes ex testamento, & ab intestato; si verò quis commisit aliquod delictum, ex quo veniebat imponenda poena mortis, & confiscationis bonorum, & postquam reus in eo fuerit deprehensus vel accusatus, & metu poenæ future se interficiat, habetur pro confesso, & bona ejus confiscantur, ac si per sententiam diffinitivam fuerat condemnatus; si tamen antequam accusetur, vel in einoine deprehendatur se interficiat, non habetur pro confesso, nec incurrit poenam confiscationis bonorum.

Item etiam si delictum erat, ex quo non veniebat bona confiscanda, tunc non habetur pro confesso, nec bona ejus confiscantur, quocunque tempore se interfecerit, & in expresse istam sententiam & resolutionem probat textus in leg. 3. §. si quis autem, ff. de bonis eorum qui ante sentent. mort. sibi conf. textus in l. 1. vers. ergo ea, l. textus in leg. si quis filio exheredato, §. 1. ff. de inst. r. p. textus in l. ejus militis, ff. de militari testamento, textus in l. si autem, §. 1. §. bona, ff. de jur. fisci, text. in leg. omne delictum, §. qui se vulneravit, ff. de re militari, text. in l. 2. Cod. qui testam. facer. poss. textus in leg. prima & secunda, Codic. de bonis eorum qui mort. sibi conf. textus in leg. penult. Cod. si reus, vel accusator mort. fuer. & utro-

Pœna diffidati.

Pœna seipsum interfecit.

Facta confesso de functi quando transeat ad hæredes.

Pœna ejus qui sibi manus violentas intulit.

utrobique communiter Doctores, & idem disponit lex 24. tit. 1. 7. part. & lex 6. tit. 27. eadem part.

Unum tamen est, quòd licet ille qui se interfecit, postquam erat accusatus de aliquo delicto capitali vel in eo deprehensus, habetur pro confesso, & bona ejus confiscantur, ut dixi: tamen debet intelligi, nisi hæredes velint probare contrarium, & sic innocentiam suam, quia bene admittuntur, textus est singularis, & unicus in jure in l. 3. §. fin. ff. de bonis eorum qui ante sentent. mort. sibi conf. Ex quo nota, & collige singularem doctrinam, & conclusionem, quòd licet facta confessione alicujus defuncti non transeat ad hæredes, nec noceat eis, ut probat textus in leg. ejus qui delatorem, ff. de jur. fisci, & ibi tenet Bartol. & committit Doctores, idem Bartol. i. leg. 2. §. quod si alior, Cod. de juram. calumni. Bald. in leg. nra, Cod. ex delictis defuncti. 3. col. n. idem Bald. in leg. generaliter, §. 1. Cod. de re. credit. Abb. in cap. pen. de jur. calumni. a. trecent. col. n. 26. & reputat singularem Paul. de Castro, in leg. transigere, Cod. de transact. 3. col. reputat etiam singularem Bald. in leg. 2. C. de edictis, i. n. col. n. 23. reputat etiam singularem & unicum Joan. de Imol. in leg. qui à la rousbas, §. 1. ff. de test. pen. ultim. tamen illud est verum, & procedit, quando ista tacita confessio fuit inducta ex aliqua contumacia, vel actu inter vivos: secus tamen est si caueatur ex morte defuncti, ut nostro casu quia tunc bene transeat ad hæredes, nisi contrarium probetur, & in terminis ita notat & declarat illum textum Bartol. in d. l. 3. fin. Bald. in leg. 2. Co. n. qui test. facer. poss. & ibi Paul. de Castro Roman. Alexand. qui reputat singularem, & alii Moderni, hodie tamen de jure regio indistinctè ille qui se interfecit modò tædio vitæ, vel impatientia, vel dolore, modò metu poenæ delicti commissi, modò ex qualibet alia causa, & quocumque tempore, incurrit poenam confiscationis omnium bonorum, præterquam si habeat filios vel alios descendentes, ita disponit lex 9. tit. 13. l. 8. ord. & lex 19. tit. fin. cod. l.

Item adde quòd si quis se percussit, & manus violentas sibi intulit, licet realiter non se interfecit, habetur pro confesso, & punitur ac si se interfecit, quòd intellige, quando illud fecit metu poenæ delicti commissi postquam erat accusatus de delicto capitali, ex quo veniebat imponenda poena mortis, & confiscationis bonorum, unde ille talis incurrit poenam ordinariam delicti de quo erat accusatus, & poenam confiscationis bonorum, secus verò, si se percussit, vel manus sibi intulerit tædio vitæ, vel ex alia causa, quia tunc nullam poenam incurrit, textus est in dicit. l. 3. §. si quis autem versis, secuti, ff. de bonis eorum, qui ante sentent. mort. sibi conf. textus in leg. si quis aliquid, §. fin. ff. de pan. textus in leg. omne delictum, §. qui se vulneravit, ff. de re militari. & utrobique communiter Doctores. Sed advertendum, quòd isto casu videtur iustum, & rationabile, quòd possit per iudicem ex officio suo poenâ arbitrariâ puniri, secus si illud vulnus, vel injuriam alteri committeret, cum non sit dominus membrorum suorum & sit res mali exempli, argumento text. in l. lib. homo, ff. ad l. Aquil. cum finit. & in terminis reperio quòd ita tenet Bonifac. in vral. malefic. fol. 7. versis. sed quidam, & facit quod tenet Bart. in l. 1. §. usque, ff. de injur. & istum casum vidi de facto in hac civitate Salmantina, & tandem iudex condemn-

navit eum in certa poena exilii: & iterum & secundò istum etiam ca um vidi de facto in alia persona, & alter iudex condemnavit in poena flagellorum: pro quo facit textus expressus in leg. si quis aliquid, §. fin. ff. de pan. textus in l. omne delictum, §. qui se vulneravit, ff. de re militari. quod tene menti tanquam notabile, & quotidianum.

Advertendum tamen, quòd homicida excusatur à poena ejus delicti in totum, vel in parte in casibus sequentibus; primus est, quando homicida commisit delictum sine dolo, quia tunc non teneatur poenâ mortis, textus est capitalis & expressus in l. in leg. Corn. ff. ad leg. Corn. de si. ar. Cuius verba sunt: l. leg. Corn. dolo pro facto accipitur, nec in hoc lege culpa l. ita r. dolo accipitur, & ad hoc notat & commendat ibi Bartol. Alber. Angel. & Hippol. de Marfil. textus in l. 1. §. Divus Adrianus, eodem tit. Cuius verba sunt: §. Divus Adrianus respicit, eum qui hominem re. idit si non occidit, & a i no hoc admisit absoluti posse, textus in leg. Divus Adrianus, eodem tit. ubi habetur, quòd in delictis voluntas spectatur, non exitus, & utrobique communiter Doctores: imò, quòd magis est, si simpliciter caveatur lege vel statuto, quòd homicida puniatur poenâ mortis, debet intelligi quando homicidium fuit commissum dolo, quia talis lex, vel statutum debet restringi, & declarari per rationem juris communis, argumento textus in leg. Casar, ff. de pul. l. & vellig. textus in l. 2. Cod. de naval. & in expresse istam sententiam & conclusionem tenet Bald. in leg. data op. ra. Co. qui accusar. non poss. 3. col. n. 11. Quod dictum reputat unicum, & singularem Paul. de Castro, in leg. nemo, Cod. de Episcop. audien. 1. col. n. 5. per quod dicit se liberasse aliquos à poena mortis, & esse menti tenendum ad confusionem iudicum imperitorum; tenet etiam idem Paul. & valde commendat in leg. & si severior, Cod. ex quibus causis infam. irreg. idem Paul. in l. 1. Cod. ubi senat. vel clar. idem Paul. in leg. si fug. ibi, Cod. de sero. fugit. 2. col. n. 6. Sed ultra Paul. idem tenet Bald. in l. 1. 2. col. ff. de leg. idem Bald. in l. 1. in actionibus, ff. de litem. jur. 1. col. idem Bald. in l. quicumque, Cod. de sero. fugit. 5. col. versis. casu idem Bald. in l. 1. Cod. de naval. & ibi Salyc. 3. col. n. 10. Angel. de Perul. in l. 1. de legibus, 2. col. & ibi Paul. fin. col. Jason. 3. col. n. 10. Angel. de Perul. in l. is qui cum tele, Cod. ad leg. Co. v. de secur. Salyc. in l. penult. eod. tit. Jaf. qui notabiliter loquitur in l. 3. §. quod prætor, ff. ne quis eum qui in ius vocatus est vi eximat, 1. col. n. 3. idem Jaf. in l. in actionibus, de in litem. jur. 6. col. n. 26. Car. in cap. labor, de homicidio, Joan. de Ana. fin. col. & quast. Felin. 1. col. Angel. de malefic. in par. e. scienter dolose, 3. col. Hippol. de Marfil. in l. 1. §. præterea ff. ad leg. corn. de sicut. 2. col. n. 12. idem Hippol. in l. in leg. Corn. eod. tit. idem Hippol. in l. de minore, ff. de quast. 5. n. 28. idem Hippol. in l. de minore, sicut. pen. col. n. 83. & ante omnes idem expresse voluit Bart. in l. 1. §. 1. ff. si quis testam. l. esse iustus fuerit, 2. col. n. 3.

Ex quo inferitur, quòd si quis occidat alium casu vel culpa, non tamen dolo & proposito, ut si quis ex arbore ramum, vel quid aliud projiciat, ex quo transeuntem occidat: vel quis ex domo, turri, vel fenestra lapidem projiciat, vel ludens cum sagitta causâ exercitii, vel cu reus equum in loco, vel via publica, non clamando tran-

Homicida in quibus casibus excusatur à poena in totum vel in parte.

Homicidium in voluntariâ quomodò puniatur.

seu tunc occidat, talis homicida non teneatur poenâ mortis, sed alia mitiori iudicis arbitrio: imò quod magis est, licet homicidium sit commissum lata vel latissima culpa, & regulariter æquiparetur dolo in contractibus: tamen non est in delictis, in quibus venit imponenda poena corporalis, textus est notabilis in d. in lege Cornelia ff. ad leg. Corn. de sicar. Cujus verba sunt: In leg. Corn. dolo pro facto accipitur, nec in hac lege culpa lata pro dolo accipitur. textus in l. 4. §. 1. eodem tit. textus in l. si putator, ff. ad leg. Aquil. text. in l. qui forte, eodem tit. textus in l. 2. §. si magister, eodem tit. text. in l. idem juris, §. mulionem, eodem tit. text. in l. si ex plagiis, §. cum pili, eodem tit. textus in §. item si putator, Inst. de leg. Aquil. textus in c. lator, in cap. dilectus, in cap. ex literis, el. 1. in cap. significasti, el. 1. in cap. Joannes, & in cap. si de homicidio, & idem dispositio l. 4. §. 5. tit. 8. 7. part. & l. 6. tit. 1. §. 7. part. & l. pen. tit. 1. §. 1. 8. ord. ex quo inferitur & consilium in questione de facto, quod si in colluctatione gratiæ exercitii unus interficiat alium, nulla poena tenetur, sed tantum utili actione legis Aquiliæ ad damna. Ita probat textus in l. aqua catione §. si quis in colluctat. ff. ad l. Aquil. & ibi Glossa ordinaria & communiter Doctores. Aliqui tamen sunt casus, in quibus ex sola culpa vel negligentia potest quis puniri corporaliter; primus est in commentariense, & custode carceris, quia si reus ibi detentus sua culpa & negligentia auferat, punitur cultos eadem poenâ, quæ tenebatur ipse reus delinquens qui auferat, textus est in l. pen. vers. 1. Co. de custod. reor. Cujus verba sunt: Nam ipsum volumus huiusmodi poena consumi, cui obnoxius decebitur fuisse, qui fugerit, & ad hoc notat & commendat ibi Cyn. Bald. Angel. Salyc. & idem Angel. & Hippol. in d. in lege Cornelia, ff. ad leg. Corn. de sicar. & idem dispositio l. 12. tit. 2. §. 7. part. Secundus casus est, quando iudex ex imperitiâ sua, & maxima culpa injustè condemnavit aliquem ad poenam mortis, nam potest corporaliter puniri, quia sumendo officium, videtur se peritum asserere cum non sit, & committere dolum factum in genere, argumento textus junctâ Glossa ff. quod quisque iuris, per quam ita tenet Florianus in leg. idem juris, §. 1. ff. ad leg. Aquil. Hippol. in lege Cor. de sic. 2. col. n. 4. & jam iste casus nostris temporibus contigit in quodam iudice ordinario, qui per imperitiâ condempnavit quosdam pueros ad mortem, & eis denegavit appellationem; nam certè per sententiam Auditorum nostri Imperatoris in curia sua publicè fuit imposita poena flagellorum, & idem est in medico, vel chirurgo, qui asserit se peritum: nam si culpâ ejus quis moriatur, potest puniri, ita tenet Flor. in d. idem juris §. 1. ff. ad l. Aquil. quod reputat singulare & valdè commendandum Hippolytus in d. l. in lege Corn. 2. col. n. 4. ff. ad leg. Corn. de sicar. pro qua sententiâ & conclusione est hodie l. not. part. l. 6. tit. 8. 7. part. quæ disponit, quod si dolo, & malitiâ fecit, punitur poenâ mortis: si verò ex culpa, vel imperitiâ, debet puniri poenâ exilii per 5. annos; & si infirmus erat servus, debet solvi ejus æstimatio.

Homicidium in colluctatione causâ exercitii.

Ex sola culpa quâdo imponitur poena cultodi carcerum.

Poenâ iudicis imperitiâ.

Poenâ medici imperitiâ.

Semper in homine solo præsumitur dolo, nisi probetur contrariû.

Unum tamen est quod in dubio semper præsumitur; quod homicida fecit delictum cum dolo & proposito, nisi contrarium probat, quia ista præsumptio resultat ex ipso facto & rei evidentia, text. est formalis in l. 1. Cod. ad leg. Corn. de sicar. Cujus verba sunt: *crudeles vester reitum fecerit, si se præsidii proximitate obtulerit, qui se probaverit non occidendi animo homin. in se percussum esse,*

remissa homi i ii poena secundum disciplinam militarem sententiam proferet, & ibi notat & commendat Glossa ordinaria, Odofred. Cyn. Alber. Bald. Salyc. & communiter Doctor. text. in leg. cum qui, eod. tit. & leg. si non conviciu, Cod. de injuriis, poterit autem homicida probare corporalium, hoc est, non dolo vel ex proposito fecisse, ex qualitate facti, ut in casibus sup. à proximis, vel ex qualitate personæ, ut si homicida sit confanguineus, vel affinis, vel amicus ipsius occisi, vel ex qualitate instrumenti, cum quo commissum est delictum, ut si baculo, lapide, pugno, vel alio instrumento percussit, quia tunc non tenetur poenâ ordinariâ, sed aliâ mitiori, & arbitrariâ poenâ ratione culpæ quæ sibi potest imputari; ista est Glossa singularis in iure in d. l. 1. Cod. ad l. Corn. de sicar. in glof. 2. quam ad hoc notat & commendat Petr. de Billa-pert. Odofred. Cynus, Alber. Fab. Bald. Salyc. & communiter Doctor. Bartol. in leg. ut vims, ff. de just. & iur. 2. col. in medio, idem Bart. in l. 1. §. divini, ff. ad leg. Corn. de sicar. & ibi Alber. & alii Doctor. Bald. in l. si. C. de hered. i. sit. 20. oppes. Jaf. in l. 1. ff. de legibus pen. col. n. 22. tenet etiam Innoc. Joan. Andr. in c. 1. de falsationibus, Fely. in cap. fin. de homicid. Gandin. in rr. Et. malef. in tit. de homicid. fin. col. & quæst. & illam Glossam ad hoc reputat singularem Roman. in illa stipulatione si calendis ff. de verb. oblig. pen. col. n. 4. pro qua facit textus in l. 1. §. divini Adrian. vers. sed clava, ff. ad leg. Corn. de sicar. Cujus verba sunt: (Sed si clava percussit, aut curmâ in rixa, quamvis ferro percussit, tamen non occidendi animi levianam ejus poenam, qui in rixa casu magis, quam voluntate homicidium admisit) quem ad hoc notat & commendat ibi Bartol. Alberici. qui dicit esse notatè dignissimum, Angel. & Hippolytus de Marsil. illum etiam textum ad hoc reputat notabilem Salyc. in d. l. 1. C. ad legem Corn. de sicar. Bald. in l. sed & si quæcumque, §. si magister ff. ad legem Aquil. idem Bald. in leg. cum mandati. probat etiam text. in leg. omne delictum §. si quis committionem, ff. de re militari, Cujus verba sunt: *Si quis committionem vulnere avit si quidem lapide, militiâ rejiciatur, si gladio caput amittit, eum qui, C. ad leg. Corn. de sicar. cujus verba sunt: Cui calcei illi mortis occasio prebita videntur, volumus liberari,* textus in l. 2. C. de emendat. ore §. vorum, cujus verba sunt: *Si virgii aut loris dominus servum affixerit, nullum criminis quantum sero non a quo sustineat,* textus in cap. significasti, el. 2. de homicidio, ibi, *ratione instrumenti, un quo pfe percussit, &c.* Quod tamen intellige, quando quis in rixa alium percussit, secus verò si ex proposito percussit, & aggressus est contra eum, & percussit quolibet instrumento, etiam leve ex quo realiter offensus decessit, quia tunc tenetur poenâ mortis, tanquam verus homicida, si secum non portavit aliud instrumentum fortius, & magis offensivum, & idem esset, quando in rixa cum percussit cum illo levi instrumento, sed non habeat instrumentum, vel genus armorum fortius, & magis offensivum, quia tunc similiter tenetur poenâ mortis tanquam verus homicida: secus tamen est, quando haberet alia arma, vel instrumenta fortiora, & magis offensibilia, & noluit percutere, & offendere cum eis, sed cum instrumento leviori. Et idem est quando non habuit nisi unicum, tantum instrumentum fortissimum, & offensibile, sed voluit percutere, per patrem minus nocivam, & offensibilem, ut si haberet ensẽ, & noluit per-

Contra Paulum de Castr.

Ratio 1.

Appellatione armorum quod comprehenditur.

Ratio 2.

Ratio 3.

Ratio 4.

percutere cum eo, sed cum pomo vel haberet lanceam, & noluit percutere cum ferro, sed cum hasta, ligno, bastone, baculo, lapide, pugno, vel quolibet alio levi instrumento, & in expresso ita probat mihi textus quem ad hoc reputo valde singularem in d. leg. 1. §. divini Adrianus vs. sic. sed si clava, ff. ad l. Corn. de sicar. & ad hoc notat & commendat ibi Bartol. 1. col. num. 29. & est de mente aliorum; notat etiam, & commendat ibi Hippolytus de Marsil. 4. col. num. 3. idem Hippolytus 2. col. num. 25. idem Hippolyt. in l. 1. Cod. ad l. Corn. de sicar. 2. col. num. 49. Ex quibus a maxima cum ratione reprobo sententiam Pauli de Castro in consil. suis, ubi dicit quod si aliquis processit contra alium animo, & proposito tanquam vapulandi, & injuriandi, & non animo & proposito occidendi, & hoc expressè protestatus fuit, & cum vapulavit, & percussit quodam ligno, baculo, vel alio simili instrumento, ex quo vulnere tandem occisus, & mortuus est, reus delinquens non debet puniri poenâ mortis, sed alia leviori poenâ arbitraria, quia ex genere & qualitate instrumenti colligitur animus & propositum quod habuit non occidendi, quod dictum tanquam singulare, & quotidianum in practica referre, & sequitur Hippol. de Marsil. in d. l. 1. §. divini Adrianus, ff. ad legem Corn. de sicar. 1. col. n. 16. idem Hippol. in l. 1. Cod. ad legem Corn. de sicar. 1. col. num. 2. Sed certe illa sententia & conclusio aperte est falsa, & sic eam reprobo, & teneo contrarium, quia cum illud delictum non fuit commissum in rixa sed ex proposito, & secum non portavit aliud instrumentum, vel genus armorum fortius, & magis offensivum, tenetur poenâ mortis, & non debet attendi, nec considerari poenitas instrumenti, vel armorum, ut supra dictum & conclusum est; pro qua mea sententia & conclusione contra prædictos Doctores facit textus expressus, & formalis in §. item le. Corn. de sicar. Instit. de publ. iud. ubi disponitur, quod homicida tenetur poenâ mortis, modò occidat telo, modò cum ligno, vel lapide quia omnia comprehenduntur appellatione armorum, ut in l. armorum appellati, de verb. significat. Secundo facit textus in l. quem admodum multa facinora, Cod. ad legem Jul. de vi, ubi habetur quod si occasione violentus invalor, quali dederit causam morti: & ibi notat & commendat Cynus Baldus, & communiter Doctor. text. etiam similis in l. de incendio, rui. & aug. ubi habetur, quod si quis animo comburendi in unam solam domum imposuit ignem, ex quo fuerunt combuste alia plures, tenetur de omnibus, & ibi Gloss. ordinari. & communiter Doctor. Tertio facit textus notabilis & expressus in l. si quis aliquis, §. quia abortivus, ff. de pœnis, ubi ponitur quod si quis dedit mulieri poculum amatorium quodâ amoris & libidinis, & inde fuit secuta mors ipsi mulieri, tenetur poenâ mortis, quia talis poculo verisimiliter potuit causari mors, & ad hoc notat & commendat ibi Bartol. Albe. & communiter Doctor. Quarto facit notabile fundamentum, quia quando aliquod delictum, vel factum est tale, quod non potest regulari, & modificari, animo & voluntate delinquentis, imò est tale factum, quod verisimiliter potest extendi ultra intentionem ejus, tunc efficaciter tenetur, & punitur ex delicto secuto: licet habuisset animam minus delinquentis, textus est in iure in cap. fin. de homi-

cidio. ib. 6. ubi ille, qui mandavit aliquem verberari, hoc acto & nullatenus occidatur, vel membrum abscindatur, & mandatorius excessit vuldum, & fines mandati, & offensus mortuus est, mandans tenetur de homicidio, nec sibi elevat protelatio, & ad hoc notat & commendat Gloss. ordinaria, Joan. Andr. Dominic. Anch. & communiter Doctor. Abbas in cap. penult. ut cleric. vel monach. penult. col. n. 20. idem Abbas in cap. ex literis, de except. prelat. fin. col. num. notat etiam & commendat Bart. in leg. non solum §. morte ff. de nov. oper. num. 7. col. n. 17. idem Bartol. notabiliter loquitur in l. dicitur Adrianus ff. ad l. Corn. de sicar. fin. quæst. Bald. in leg. non ideo minus Cod. de accusat. fin. col. num. 34. & ibi Angel. de Perus. & alii idem Bald. in l. si quis servus. Cod. de furis, 2. col. num. 2. Angel. de Perus. in leg. 1. Cod. de Nisi ageris non viampredis, fin. col. Ang. de Aretin. in tract. mal. fi. in parte Semprominum mandatorum, 14. quæst. illum etiam reputat singularem Jaf. in l. 1. Cod. de servis fugis, §. col. num. 28. limita tamen, & intellige dispositiõnem illius textus in d. c. fin. quando mandans mandaret verberare, vel percutere cum ense, gladio vel alio genere armorum apto ad occidendum, vel semper mandavit percutere, vel offendere: secus tamen est, si mandaret percutere, vel offendere aliquo ligno, baculo, vel quolibet alio simili instrumento, quod communiter, & verisimiliter non est aptum ad occidendum, & ex tali percussione mortuus sit, quia tunc non tenetur mandans poenâ mortis, tanquam homicida, sed poenâ arbitrariâ ex injuria, ita tenet singulariter Bald. in l. cum mandati. Cod. manant. in fin. & ibi Salic. idem Bald. in l. si quis mihi bona, §. si coram, ff. de acquir. hered. & ibi Aretin. Jaf. & alii Doctor. Paul. de Castr. in §. si d. si mandavit, c. ius, legis, in fin. & ibi Alex. 3. col. n. 13. Jaf. in col. n. 15. August. in a. d. Angel. de malef. in parte Semprominum mandatorum, super 14. quæst. Joan. de Anan. in cap. sicut dignum, §. 1. de homicidio, Jaf. ubi reputat valdè singularem in l. 1. Cod. de servis fugis, §. col. n. 3. Alexand. cons. 140. 3. col. 2. vol. Hippolyt. de Marsil. in cons. 97. 4. col. n. 28. Sed etiam isto casu ego firmiter teneo contrarium: imò, quod mandans, & mandatorius, teneantur poenâ mortis, per superiora mea fundamenta. Item etiam ex superioribus infero unum, quod est singulare, & quotidianum in practica, quod si filius anniculus, vel de recenti natus reperitur mortuus in lecto patris, vel nutritic suæ, præsumitur mortuus calu, vel aliquâ culpâ, vel negligentia, non autem dolo, & per consequens non debent puniri poenâ mortis, vel ordinariâ, sed tantum poenâ extraordinariâ iudicis arbitrio, secundum qualitatem culpæ, & in terminis ita tenet Bonifac. in tract. maleficiorum, in rubrica de paricidiis & eorum poenis, 2. col. fin. quæst. pro quo facit text. notabilis in cap. fin. de his qui filios occiderunt, & ibi Doctor. text. in cap. 20. Jul. ff. 2. q. 2. & ibi etiam DD. & jam iste casus contigit in hac civitate Salmanticensi in persona cujusdam nepotis mei anniculi, qui reperiens mortuus in lecto nutritic suæ, & nulla accusatio fuit contra eam proposita.

18 Mandans aliquem verberari.

19 Infans mortuus in lecto nutritic.

Secundus casus, in quo homicida excusatur à poena hujus delicti in totum, vel in parte, est, Homicida quando illud fecit ad suam defensionem, nam de jure divino, naturali, & positivo potuit aggestorem, & offensorem ejus occidere, text. est capitalis

& expressus in leg. ut vim, ff. de just. et jur. Cujus verba sunt: Ut vim aque injuriam proculsenis, jure evadit, i quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, jure fecisse existimetur, text. in l. 1. §. vim vi, ff. de vi & vi armata, text. in l. §. etiam §. qui ram a ter, ff. ad legem Aquil. ubi dicit textus, vim enim vi defendere omnes leges, omniaque jura permittunt, text. in leg. si plagiis tab. rnarins, eod. in tit. text. in l. sed & partus §. qui potuit, ff. quod metus causa, text. in l. surum notum ff. ad leg. Corn. de sicar. text. in l. 3. C. ad legem Corn. de sicar. text. l. 1. C. unde vi, ubi dicit textus, quod vim vi repellere licet cum moderamine inculpata tutelae, text. in cap. significasti, l. 2. vers. si vero, de homicidio text. in el. ment. 1. de homicidio, & utrobique communiter Doctores & idem disponit lex 2. tit. 8. 7. part. & lex §. 4. tit. 1. 3. lib. 2. imò hoc casu etiam clericus aggressorem potest offensus occidere, nec incurrit poenam excommunicationis, vel irregularitatis text. est in cap. si vero, el. 1. vers. si vero clericus, de sent. ex com. text. in el. ment. 1. vers. si de homicidio, & utrobique communiter Doct. Imò etiam in animalibus brutis attenditur, & est permilla ista defensio, quia si aliquod animal aggrediat aliud nocendi & illud animal se defendat, & interficiat, dominus ejus excusatur, & non tenetur emendare, nec dare animal pro noxa, textus est formalis, & expressus in l. 2. §. cum ariter, ff. si qua paup. sec. dic. & ad hoc notat & commendat ibi Gloss. ordinaria Barr. Alber. Bald. Flor. & dicit Alber. esse pulchrum casum, imò etiam quia licet offendere, vel occidere furiosam, mente captum, vel dormientem aggressorem, qui in fomnis surgit, & aggreditur alium causâ offendendi, vel occidendi, cum sit ista defensio naturalis, item etiam cum competat contra animalia bruta ut supra dictum est: ergo similiter competat contra homines non sane mentis, & in terminis isto fundamento, & ratione tenet Bart. in l. vim ff. de just. et jur. 1. col. in fin. ubi dicit, quod erat quidam Pisanus, qui in fomnis se armabat de nocte, ibat per civitatem cantando, Bart. in l. 2. C. unde vi, 2. col. n. 60.

Imò etiam, quod magis est, potest quilibet consanguineus, vel extraneus offendere, vel occidere illum, qui aggreditur causâ offendendi, vel occidendi consanguineum, vel penitus extraneum ita probat text. in l. lex Corn. de injur. text. in l. 2. §. 3. ff. de lib. caus. text. in l. 3. §. cum ignis ff. de vi & vi armata, text. in l. si quis servitue ff. de servit. ubi disponitur quod pro defensione rerum, & bonorum potest quis alium defendere, & juvare: ergo à fortiori pro defensione personæ; probat etiam text. in cap. dicit, de sent. ex com. vers. & quidem, l. 6. text. in cap. non infrendo, 2. 3. 9. 3. text. in cap. fortitudo, in caus. & quest. text. in cap. error, 83. dist. quibus disponitur: quod licet potest quis repellere injuriam inferendam vicino, vel proximo suo: & in expresso licet non ita bene fundet, ita tenet Bart. post antiquos in l. ut vim; ff. de just. et jur. penult. col. n. 7. & ibi Bald. 4. col. n. 5. quest. Angel. 1. col. n. 7. Jal. 6. col. n. 29. idem Bart. in l. dicitur ff. de jur. fisci, & ibi Platea, & alii Doctores idem Bart. in l. de vi, C. de n. etis, Idem Bart. in l. si quis in se vi, ff. de jur. & ibi Angel. de Perus. & alii Doctores. Bald. in l. 1. Cod. unde vi, 6. col. 8. quest. principali, & ibi Petr. de Bellapert. in col. Salyc. penult. col. num. 17. Flor. in l. si venia, §. qui cum aliter, ff. ad leg. Aquil. 1. col. n. 19. Innoc. in cap. si vero, 2. de sent. ex com. 1. col. in medio, & ibi

21 Conlanguineus potest occidere aggressorem sibi consanguineum.

Abb. Panorm. in col. & quest. Felin. 1. col. Anania in c. 1. de homicidio, in col. 8. Quod extendit, modo ille, qui erat offendendus, clamet, & petat auxilium, modò non. Item etiam, modò aggressor sit laicus, modò clericus ita concludunt Doctores ubi supra.

Advertendum tamen quòd in hoc se offert subtilis difficultas quæ possit esse ratio, perquam extendendus possit offendere, vel occidere aggressorem alterius extranei, cum uterque sit proximus & magis non debeat uni quàm alteri cui noviter respondeo, quòd defensio est adeò iusta, & permilla de jure naturali, & positivo, quòd potest fieri per alium etiam extraneum, & aggressio, & iniuria ex parte aggressoris facit, & operatur, ut possit à quocumque extraneo offendi, & occidi. Confirmatur, quia homicidium & delictum ex parte delinquentis est prohibitum de jure divino ut in mandato: Non occides, & hoc dixi & consuli in questione de facto cum quidam defendit alium qui pro iudice iniuste extrahebatur ab ecclesia, licet potuit facere, & ita eum viribus meis defendi. Item etiam quia aggressor offendit principaliter ad versarium, & similiter republicam, & in consequentiam omnes de populo, idè quilibet potest talem injuriam propulsiare, quod est resistere, & per ista in questione ardua de facto defendebam quendam civem pauperem hujus civitatis, qui cum vidisset duos in rixa, ex qua unus evasit mortiferè vulneratus, mediator pacis inter eos exitit quodam baculo, vel lancea, quam apprehendit: & percussit aggressorem culpabilem, taliter quòd ex percussione decellit, & fuit in maximo periculo, & dicebam in favorem ejus, quòd non erat condemnandus poenâ mortis. Primò, quia ex genere & qualitate personarum, & instrumenti, & loci praesumebatur, quòd non habuit animum occidendi, sed pacem mittendi. Secundò, quia licet velit offendere & occidere prædictum aggressorem, licet potuit facere pro defensione aggressi, & licet in defensione aggressorem occiderit, vel modum defensionis excellit, non tenetur saltem poenâ mortis ordinari, sed mitiori extraordinariâ: & ita fuit defensus, favente gratiâ divinâ.

Item adde quòd in tantum est verum, quòd quis potest offendere, vel occidere aggressorem suum ut habeat locum, & procedat etiam nullam percussione, vel offensionem realem aggressor recipiat, sed eo ipso, quòd aggressor veniebat, & accedebat cum armis contra eum verisimiliter causâ offendendi, licet & iuste potest aggressus eum occidere, quia per hoc dicitur esse in discrimine vite constitutus nec debet expectare, ut prius recipiat aliquam offensionem, vel percussione, & ista est magis utilis, & principalis doctrina, quæ sit in ista materia, & in expresso ita probat text. in l. si quis aggressorem, Cod. ad leg. Corn. de sicar. ibi, in dubio vis a discrimine constitutus, & ad hoc notat & commendat ibi Odofred. Cyn. Jacob. Butr. & ejus additionator, Alber. Bald. Salyc. & communiter Doctores, & reputat singularem Angel. de Perus. qui ex hoc tradit advocatis veram formam practicandam, quem esse in discrimen vite constitutum, & ut possit aggressorem suum licite occidere, text. in l. si quis percussorem, cod. tit. cujus verba sunt: Si quis percussorem ad se venientem gladio repulerit, non ut homicida tenetur, quia defensor suæ salutis in nullo peccasse videtur; text.

Cur licet ex traneis occidere aggressorem alterius extranei.

21 Amplia.

text. in l. si ut allegas, eod. tit. ibi, eum qui inferenda cadis voluntate procefferit jure casum videri, probat etiam text. in l. 1. §. ad leg. Aquil. ubi dicit text. sed & si quemcumque alium se ferro petentem quis occiderit, non videbitur injuriâ occidisse, & dicit Gloss. ordinaria, petentes etiam si me prius non percussit, nam sufficit terror armorum, & ibi expressè notat Bart. & alii Doctores in l. 2. §. 1. ff. de vi & vi armata, & ibi Bart. Angel. & communiter Doctores. idem etiam tenet expressè Bart. in l. si ex plagiis, §. tabernarius ad l. Aquil. idem Bart. in l. si furem, ff. ad leg. Corn. de sicar. 2. col. Petr. de Bellapert. in l. 1. Cod. unde vi, 1. col. in fin. vers. sed quæritur, & ibi Angel. de Perus. 2. col. n. 8. Saly. 2. col. Florian. in l. scientiam, §. qui cum aliter, ff. ad l. Aquil. 1. col. num. 3. Angel. in tract. malef. in parte, & dicitur Titius se defendendo, 2. col. vers. dixi, quod licita est defensio, & ibi ejus additionator, qui hoc summè commendat, Bonifac. in tract. etiam maleficiorum, fol. 6. in rub. de insultu & percussione, 2. col. vers. sed quid si Titius, Angel. de Aretino in §. jus autem gentium, Instit. de jure natu. gem. & civ. penult. col. vers. tene tamen menti, idem Angel. in §. injuria, Inst. de lege Aquil. 1. col. n. 3. Hippol. de Marfil. in cons. 4. col. n. 17. & cons. 31. penult. col. num. 52. Bald. in l. si certus, §. si, ff. ad Syllan. idem Bald. in l. multis, Cod. de liber. caus. in fin. Jal. in l. ut vim, ff. de just. et jur. 2. col. num. 9. qui notabiliter loquitur, & ibi Phil. Dec. 4. col. n. 10. Hippol. de Marfil. in l. 1. ff. ad leg. Corn. de sicar. 4. col. num. 37. idem Hippol. in sua practica, §. ex practica, 4. col. n. 19. pro qua sententia, & conclusione ego allego expressam legem partitæ, quæ hoc expressè disponit in l. 2. tit. 8. 7. part. quod perpetuò nota, quia est singulare, & quotidianum in practica; quod extendit etiam si aggressor veniat & resulet contra alium diverso genere armorum puta cum baculo, ligno, vel instrumento animo percuciendi, & inferendi sibi in iriam, nam aggressus potest ei resistere, & se defendere cum ente, ferro, vel quovis alio instrumento fortiori, & si eum occidat, cum aliter ab illa injuria non possit evadere, non tenetur aliqua poenâ, quia talis defensio est licita pro defensione recum ut in l. furem, ff. ad leg. Corn. de sicar. & in l. itaque, ff. ad l. Aquil. & in l. 3. §. cum igitur ff. de vi & vi armata, & in l. 1. Cod. unde vi, cum similib. ergo à fortiori pro defensione personæ & honoris, quæ dignior est, ut in l. servorum, §. si ff. de penit. Cujus pulchra verba sunt: Quia & solus sustinuit ictus gravior est, quàm pecuniaria damnatio, ut in l. Julianus, vers. 1. ff. si quis omnia causa test. monit. imò, quòd magis est, hoc procedit & habet locum eadem ratione, etiam si aggressor veniat & resulet contra alium sine aliquo genere armorum; sed tantum manu vacua minans eum, & volens aliam præbere; nam si aggressus aliter illam injuriam evadere non possit licet poterit eum occidere, & in expresso ita tenet Bald. in l. Cod. unde vi, 4. col. num. 11. & ante eum ibi Bartol. 2. col. n. 7. Jal. in l. ut vim, ff. de just. et jur. 2. col. num. 10. Angel. in tract. malef. in parte, & dicitur Titius se defendendo, 2. col. num. vers. dixi quod licita est defensio, & in vers. ex his inferit Bald. Anton. de Butt. in cap. olim, col. 1. de restit. sp. licet, penult. col. n. 35. Anania in cap. significasti, el. 2. de homicid. ante pen. 2. col. num. vers. ex prædictis: Quæ omnia regulariter extendit, etiam si aggressus potuit securè evade-

Aggressus & licet defendens.

21 Amplia.

re injuriam, & offensam fugiendo, quod declaro isto modo, quia si fuga adduceret sibi periculum salutis, ut quia inimicus aggressor esset propè, & fugiendo, & terga vertendo possit de facili ab eo percui, tunc non tenetur fugere, sed suam salutem tueri per jura superiora. Et idem est, si fuga adduceret sibi periculum honoris, quia quilibet tenetur, & debet honorem suum tueri & conservare, & omni lucro præferre, ut l. Julianus, vers. 1. ff. si quis omnia causa testam. Cujus verbi sunt: Non enim caret dolo pater, qui honore proprio omisso propter compendium alienam institutionem maluit, & ibi notat & commendat Alber. Bald. Angel. & communiter Doctores, text. in l. miles, §. factus, ff. de adulter. text. in l. isti quidem ff. quod metus causa, text. in l. si qui advocatum, Cod. de postulando, text. in l. in eadem cons. ff. ex quibus cas. major, text. in l. iusta, ff. de magnam. vind. Si vero aggressus potuit securè & sine aliquo periculo salutis & honoris fugere, quia de longè viderit inimicum & aggressorem suum, vel propè & dissimulando, potuit domum, vel locum tutum intrare, & rixam sine dedecore, vel si fortè erat vilis persona, in quo non esset considerabile periculum honoris, tunc teneretur fugere, quia sibi non noceret, & alteri tertio aggressori, & etiam reipublicæ prodesset, argumento textus in l. 1. §. denique Marcellus, ff. de aqua plu. arven. textus in l. 1. §. si quis, ff. de aqua quot. & alivæ, text. in l. 2. §. adversus, ff. ne quid in loco publico, text. in l. veteres, ff. de itinere altuque privato, text. in l. opus, ff. de operibus publicis, textus in l. fin. de injur. & in effectu istam sententiam & resolutionem ponit Bald. in l. 1. Cod. unde vi, 4. col. num. 14. & ante eum ibi Pet. 2. col. in medio. Cyn. penult. col. num. 6. Faber, pen. col. n. Alberic. 4. col. in fin. Bartol. in l. ut vim, ff. de just. et jur. in col. & quest. Hippol. de Marfil. in l. 1. ff. ad leg. Corn. de sicar. & ista est verior & æquior opinio, quam ego sequor, licet contrarium teneat Bart. in l. Cod. unde vi, 2. col. & ibi Salyc. 3. col. Bald. in l. ut vim, ff. de just. et jur. in col. Anania in cap. suscipimus, de homicidio, penult. col. Intelligo tamen quòd tenetur aggressus isto casu poenâ levi arbitriari, quando te- 24 Aggressus quando te- neatur.